

**QUOD.**

1. Analitza sintàcticament i tradueix aquestes oracions. Llavors fes el comentari morfològic de les paraules subratllades.

1. Scipio querebatur quod in omnibus rebus homines periti non essent.
2. Dux milites pro castris collocavit quod hostes appropinquabant.
3. Pater Vercingetorigis¹, quod regnum appetebat, ab ciuitate est interfectus.
4. Constabat inter omnes, quod iam ipse Caesar per exploratores cognouerat, eius iugi dorsum esse aequum sed siluestrem.

1. Vercingetorix, -igis (m): Vercingetòrix (cabdill gal).

Fabi intenta guanyar-se les ciutats veïnes i, a través de dos ponts sobre el Sícoris, procura la provisió de farratge. (Cèsar, *De Bello Ciuile*, I, 40, 1)

Fabius¹ finitimarum ciuitatum animos litteris nuntiisque temptabat. In Sicori² flumine pontes effecerat duos distantes inter se milia passuum quattuor. His pontibus pabulum mittebat, quod id, quod citra flumen fuerat, superioribus diebus consumpserat.

1. Fabius, -i (m): Fabi.

2. Sicoris, -is (f): Sícoris (afluent de l'Íber, avui el Segre).

L'incendi de Roma provocat per Neró.
(Suetoni, *Nero*, 38)


Neró¹, offensus deformitate ueterum aedificiorum et angustiis uicorum, incendit urbem tam palam ut multi consulares cubicularios eius cum taedis in praediis suis deprehenderint et horrea circa Domum Auream², quorum spatium ille maxime desiderabat, bellicis machinis labefacta sint.



Incendi a Roma, Robert Hubert, 1785

1. Nero, -onis (m): Neró (emperador romà).

2. Aurea Domus, -us (f): Casa Àuria (nom del palau de Neró).



Sibil·la d'Eritrea, Miquel Àngel, 1550

Una dona vella ofereix al rei Tarquini els llibres sibil·lins. (Gel·li, *Noctes Atticae*, I, 19)

Anus incognita ad Tarquinium Superbum¹ regem adiit nouem libros ferens, quos esse diuina oracula dicebat. Eos uolebat uendere. Tarquinius¹ pretium percontatus est. Mulier nimium atque immensum poposcit; rex derisit. Tum illa tres libros ex nouem deurit et reliquis sex idem pretium petuit.

1. Tarquinius Superbus , -i (m): Tarquini el Superb (rei de Roma).